



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quæstiones Canonicae De Decimis

Friderich, Melchior

Ingolstadii, 17010 [i.e. 1710]

Reverendissimo, Illustrissimo, Ac Excellentissimo Domino, Domino Joanni Sigismundo Lib: Baroni De Zeller Domino ab & in Leiberstorff, Klainstetten, Aitterbach, & Herenau, &c. Episcopo Bellinensi, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61677)

REVERENDISSIMO,
ILLUSTRISSIMO, AC EXCELLENTISSIMO
DOMINO, DOMINO

JOANNI
SIGISMUNDO
LIB: BARONI DE ZELLER

Domino ab & in Leiberstorff, Klainstet-
ten, Aitterbach, & Herenau, &c. Episcopo Bellinensi,
Ecclesiae Cathedralis Frisingensis Praeposito, Archi-
Diacono, Suffraganeo, & Canonico
Capitulari &c. &c.

Domino, Domino ac Patrono perquam gratioso.



REVERENDISSIME,
ILLUSTRISSE, AC EXCELLENTISSE
DOMINE
DOMINE AC PATRONE PERQUAM
GRATIOSE.

Patere, Reverendissime, Illustrissime, ac Excellentissime D. Domine, ut liber iste de Decimis tractans sub felicibus Tuis Auspicijs publicam lucem intueatur. Enim verò hoc ipsum, ut Tuo videlicet Gratioso Nomini eundem inscriberem, dedicarémque, qua-



quædam humani æquè ac Divini præcepti imperavit necessitas. Nam si propter exantlatos pro DEI gloria, & Ecclesiæ incremento labores, si propter continuam animarum curam Rectoribus Ecclesiasticis debentur Decimæ, Tibi certè non Decimæ solùm, sed omnes totius hujus operis partes Jure meritissimo debentur, utpote qui omnes Tuos labores, eòsque ferè innumeros pro DEI gloria, Ecclesiæque augmento indefesso hæctenus animo exantlasti; cujus Zelus rerum suarum tantus est, ut jam pridem [liceat Davidico loqui in idiomate] Te comedisset, nisi Divinâ Providentiâ & Bonitate confirmatus ad majores fructus Ecclesiæ militanti ferendos, & Triumphanti inferendos fuisses servatus. At ipso laudum *Tuarum* initio silentium servare, digitumque ori imponere jubeor: ita enim innata *Tua* modestia, ita profunda voluit humilitas, ne vel animo in propria sui demissione merso molestiam, fastidiumque inferam, ac genas *Tuas* verè ingenuas sancto rubore suffundam, vel sanctissimæ *Tuæ* encomium omne averfantis petitioni, quam proprijs litteris ad me infimum servum datis expresseras, resistere ac debitam detrectare videar obedientiam. Ipsemet doctissimus, & in SS. Canonibus, Jurèque universo fundatissimus liber ab *Excellentissima Tua Dominatione* compositus, & actu sub prelo sudans sublimissimam *Tuam* Doctrinam, & flagrantissimum Honoris Divini, Disciplinæ Ecclesiasticæ, Bonique Publici studium ac Zelum Orbi literario abunde demonstrabit. Unicum igitur, quod



quod demississimè rogo, superest, ut decimalem hunc Manipulum in aliqualem Beneficiorum, quæ mihi gratiosè contuleras, præsertim cùm illustrissimum Ingenij *Tui* partum meis curis commisisses, recognitionem accipere, & in locupletissimis Gratiarum *Tuarum* horreis benigne reponere digneris. DEUS *Te, Reverendissime, ac Excellentissime Domine, Domine Patrone Gratiosè, suæ Ecclesiæ, Bono Publico, mihi que quàm diutissimè sospitem servet ac incolumem.*

Ita vovet ac precatur.

REVERENDISSIMÆ, ILLUSTRISSIMÆ
AC EXCELLENTISSIMÆ DOMINATIONIS TUÆ

Servus infimus

Joannes Andreas de la Haye.